P reſertim cum is me dignum quoi concrederet huit
M e habere honorem eius ingenio decet
Q uoniam me adijt ut pudentem gnatum æquum eſt patrem
C upio eſſe amico quod det argentum ſuae
Li D emiror quid ſit et euadat ſum in metu
De E quidem iam ſcio filius quod amet meus
Li C upiſ id quod cupere te nequicq̃ intellego
D otalem ſeruum ſauream uxor tua
A dduxit quoi plus in manu ſit q̃ tibi
De A rgentum accepi dote imperium uendidi
N unc uerba in pauca conferam quid te uelim
V iginti iam uſus ē filio argenti minis
F ace ut id paratum iam ſit. Li unde gentium.
De M e defraudato. Li maxumas nugaſ agis
N udo detrahere ueſtimenta me iubes.
D efraudem te ego. age ſis tu ſine pennis uola.
T ene ego defradem quo ipſi nihil eſt ī manu.
N iſi quid tu porro uxorem defraudaueris
De Q ua me ſ uxorem qua tu ſeruum ſauream
P oteſ circũduce aufer promitto tibi
N on obfuturum ſi id hodie effeceris.
Li I ubeas una opera me piſcari in aere
V enari autem iaculo in medio mari
De T ibi optionem ſumito Leonida fabricare q̄d viſ
C ominiſcere perficito argentum hodie ut habeat filius
A micę quod det. Li quid tu demenete quid ſi forte
I n inſidias deuenero. tun redimeſ me ſi me hoſtes
I ntercoeperint. De redimam. Li tum tu ig̃ cura aliud q̄d lubet
E go eo ad forum niſi quid viſ De fiet: ne ambula
A tq: audin et. Li ecce. De ſi quid te uolam ubi eris.
Li V bicunq: lubitum erit animo tuo profecto nemo ē
Q uem iam dehinc metuam mihi nequid nocere mihi
P oſſit quom tua oratione omnem animum oſtendiſti tuum
Q uin te quoq; ipſum faciam haud magni ſi hoc potero
P ergam quo occoepi atq: ibi conſilia exordiar
A udin tu. apud archibulum ego ero argentarium

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 18r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/fr/fmb/cb-0138/18r)